



Fallacia accidentis

est. Postquam autem determinavit de fallacia extra dictionem in generali. Consequenter terminat de ipsis in speciali. Et primo de fallacia accidentis quod est in omnibus istis effectibus est ad recipiendum ratione cuius primo diffinitur accidentis quod est extraneum in parte idem et in parte diversum ab alio. Accidentis enim tripliter capit. Uno modo pro illo quod dicitur ab solvere naturam accidentis et sic distinguitur per se habere. Alio modo magis coheret pro illo quod advenit rei pro sui esse completum. Et est essentia eius et intellectus ut homo respectu animalis. Tertio capit magis coheret pro omni illo quod est extraneum alteri in quantum stat pro alio tertio et hoc modo non solum inferius accidit superiori sed etiam superius inferius in ut si fortes accipiat in illo attributo in individuo homo accidit forti quod est sibi extraneum in quantum sibi convenit intentio individui homo enim primum convenit et partem differt a forte. et ideo per se dicitur accidentis et pro illo datur plenus diffinitio et ab ipso sumitur fallacia accidentis. Sciendum primo quod in fallacia accidentis species tria requirunt scilicet attributum res subiecta et accidentis. Attributum est maius extremitas quam in premissis attribuitur medio. Res subiecta est quod primo attribuitur medio vel in actu vel in aptitudine. Accidentis vero est illud quod primum convenit rei et parti differt a re subiecta et accidit sibi in quantum stat sub illo attributo ut hic capitur. fortes est individuum fortes est homo quod est individuum. Individuum enim est attributum fortes est res subiecta homo vero est res accidentis quod accidit forti ea parte qua fortes stat sub illo attributo quod convenit forti in quantum differt ab homine et inde videndum est quod sunt cause huius fallacie. Causa apparente est partialis convenientia accidentis cum re subiecta vel ipsius medij quod sunt diversae rationes convenit cum extremis propter quam creditur quod accidentis conveniat cum re subiecta ea parte qua sibi convenit attributum

Causa defectus est diversitas accidentis et rei subiecte vel ipsius medij quod sunt diversae rationes convenit extremis. Et sunt sic diffinitur ista fallacia est ydoneitas de capiendi pueniens ex pariali ydempnitate accidentis cum re subiecta quod tamen differunt sunt diversae rationes et semper committitur ista fallacia. Quia propter convenientiam duorum in aliquo tertio sunt diversae rationes creditur convenientia ipsorum ut quando unum negatur ab alio ea parte quod differt ab eo ut a suo accidere. Sciendum secundo quod huius fallacie tres sunt modi. Primus est quod accidentis est inferius rei subiecte et propter hoc proprii attribuitur rei subiecte. Etiam attribuitur inferiori eius sunt quem modum sic paralogisat animal est genus homo est animal ergo homo est genus. ibi genus est attributum convenientis animalis ea parte quod differt ab homine. Et propter hoc inferius de homine qui accidit animalis ut stat sub illo attributo. Simile hic. omne es est naturale statua est es. ergo statua est naturalis. Ibi naturale enim convenit ei et est in actu et statua sibi convenit ut est in potencia ad figuram eius. Et ita accidit ei. put stat sub illo attributo. Simile ibi ovis homo est animal equus est animal ergo equus est homo. Equus enim accidit animalis considerando animal. put convenit cum homine. Similiter homo non est individuum fortes est homo ergo fortes non est individuum ibi individuum negat de homine ea parte qua differt a forte. Et omnes isti paralogismi solvuntur negando consequentiam quia non oportet quod si aliquid affirmet vel neget de superiori ea parte quod differt ab inferiori quod ibi medius tenetur sub eadem ratione in premissis. Sciendum tertio quod secundus modus huius fallacie est quod accidentis est superius rei subiecte et id quod convenit superiori ea parte quod differt ab inferiori inferius de superiori ut hic homo est species substantia est homo. ergo substantia est species hic species attribuit substantie ea parte quod differt ab homine ideo substantia accidit ei ut stat sub illo attributo. Simile iste

at. g. 2. al. g. 2. g.

146